



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Illvstrivm Scriptorvm Religionis Societatis Iesv Catalogvs

Ribadeneyra, Pedro de

Antverpiæ, M. DC. VIII.

T.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68452)

Quod ex omnibus suis lucubrationibus, quæ certè multæ sunt, absolutum magis nobis reliquit, *Opus de Censuris Ecclesiasticis* est, posthumus filius patri.

* STEPHANVS TVCCIVS, natione Siculus, patria ex oppido Monfort, Diœcesis Messanenſis, adolescens se nostris adiunxit, & permultos annos in Sicilia humaniores litteras docuit. Vir fuit ad omne disciplinarum genus natus, Orator, Poëta, Philosophus, atque Theologus eximius. Scripsit,

Chronicon ab orbe condito ad CHRISTI natiuitatem. Item,

Orationes plurimas. Item,

Dramata & actiones sacras Heroico carmine compositas: & alia id genus multa.

Disputationes varias de Theologicis Philosophicisq; rebus, quæ in controuersia versantur.

Ingens volumen disputationum aduersus nostri temporis Atheistas. Sed hæc per mortem limare STEPHANO ac perpolire non licuit.

T.

THEOBALDVS N. natione Germanus, patria Sueuus, libros quinque *De vitâ B. P. IGNATII Societatis IESV Institutoris*, à P. Perro Ribadeneira conscriptos, ex Latina lingua in Germanicam tranſtulit, & varias etiam *Epistolas Iaponicas annuas.*

THEODORVS PELTANVS, natione Belga, vii fuit Latinè Græcèque doctissimus, & in aliis scientiis probè versatus: cuius hîc Elogium adscribere placeat è S. Theologiæ Professoribus Academiae Ingolſtadiensis, auctore Valentino Rotmaro.

THEODORVS ANTONIVS PELTANVS, ex inferioris

rioris Germaniæ Pelta pago oriundus, Societatis IESV Theologus, anno Domini M. D. LVI. cum aliis quibusdam Patribus de Societate IESV *Thoma Lentulio* Nouiomagenſi, *Ioanne Cnuillonio* Inſulenti, & *Hermanno Tyrao* Noueſienſi, Doctoribus Theologis, mense Auguſto ad Ingolſtadienſem accedit Academiam, & Græcæ Hebraicæque litteraturæ Profeſſor ordinarius cõſtituitur. In Theologia omnes gradus, tã Baccalaureatus quàm ſupremos, eſt adeptus. Anno Domini M. D. LXII. menſe Aprili Doctoralia recipit inſignia, & in lectione Theologica *D. Cnuillonio*, qui ad Concilium Tridentinum proficiſcebatur, ſuccedit. Si quis, vel propter ingenij candorem & acumen, vel in diſputando tam in Philoſophica quàm Theologica arena ſubtilitatem & promptitudinem, meretur laudem, certè ille ampliffimis dignus eſt encomiis; vt interim linguarum cognitionem, quam publicis ſcriptis & verſionibus & aptiffimis & ornatiffimis toti Eccleſiæ iam teſtatam reliquit, ſilentio præteream. Docuit Theologiam ab anno LXII. vſque ad annum LXXIV. frequentibus in materia Theologica diſputationibus habitis. Seceſſit poſteà Auguſtam Vindelicorũ, vt ſe quieti ſenex traderet, quæ etiamnum huiusmodi fuit, vt cum ſumma totius Eccleſiæ & religionis Catholicæ vtilitate eſſet coniuncta. Nunc de ſcriptis videamus.

Theſes plurimas De diuerſis fidei controuerſiis & publicè PELTANVS diſputauit, frementibus hæreticis, & typis, vt ad alios quoque emanaret vtilitas, euulgauit. Sunt in manibus,

Propoſitiones de Purgatorio igne, De animarum ſediſibus, De vita ſanctorum ſuffragiis, De Chriſtiano-

rum

rum sepulturis, exequiis, & anniuersariis. Item,

De CHRISTI satisfactione & nostra libri duo.

De Matrimonio.

Vtilissimum quoque opus vernis Quadragesimæ
aptum ieiuniis dedit,

*De tribus bonorum operum generibus, Eleemosy-
na, Ieiunio, & Oratione.*

Præterea,

De peccato Originis tractatus duodeniginti.

Quæ verò de Græcis Latina fecit, hæc Ingolstadij
& alibi excusa:

Synodi Ephesinae primæ Acta libris iv. Latina pri-
mus ciuitate donauit, & Periochis illustrauit ac
Notis.

*Septemdecim quoque Græcorum Patrum Homi-
lias in præcipua CHRISTI Saluatoris festa Latinè
reddidit.*

Similiter, *Victorem Antiochenum in Marci Eu-
angelium* conuertit. &

Titum Bostrorum Episcopum in Lucam. itemque,
*Andree Cesarea Cappadocia Episcopi Commenta-
rios in Apocalypsin.*

Reliquit & postumum partû *Catenam Græcorum
Patrum in Proverbia Salomonis Latinam* factam: in
eademque *Proverbia Commentarios ac Paraphrasim:*
docta, pia, & laboriosa, verbi DEI ecclesiasticis per-
utilia, ne dicam necessaria. Obiit Augustano in
Collegio Societatis I E S V, quieuitque in Domino
v i. Nonas Maias, anno redemptionis humanæ
M. D. X X C I V.

THOMAS SAILLIUS, natione Belga, patria Bru-
xellensis scripsit Gallicè,

Instructionem ad Milites.

M

Lati-

Latinè verò, *Theſaurum Precum ac Meditationum, cum Apologia pro Litanis.*

Collectas item à ſe edidit *Funebres laudationes in obitum Alexandri Farnesij Ducis Parmæ ac Placentiæ, & Belgici exercitus Gubernatoris atq; ductoris.*

Narrationem itineris Illuſtriſſimi D. Franciſci de Mendoza Admirantiæ Aragoniæ, in legatione ſua ad S. Cæſaream Maiestatem, Sereniſſimũ Polonia Regem, ac Sereniſſimum Archiducem Ferdinandum, &c.

Veram item narrationem expeditionis Sereniſſimi Archiducis Alberti ad Ambianum.

Belgicè denique reddidit,

P. Iulium Facium De mortificatione.

THOMAS SANCTIVS, natione Hiſpanus, patria Cordubeniſis, à puero noſtrum inſtitutum complexus eſt, atque in Societate liberales diſciplinâs didicit, & quæſtionem de moribus docuit. Vir eſt in quo virtus cum doctrinâ, ingenium cum aſſidua legendi auiditate certat, & qui non minùs vtriuſque Iuris quàm Theologiæ cognitione excultus eſt.

ſcripſit pereruditos *De Sacramento Matrimonij* Tomos tres, doctis viris valdè probatos.

Scribit etiam *Summam caſuum* (vt vocant) *conſcientiæ.* Fama eſt, THOMAM SANCTIVM, quo tempore Societatem noſtrâ ambiebat, ſæpè à Superioribus repulſam paſſum, quòd impeditioris eſſet linguæ, Cordubæ in templum Sanctiſſimæ Virginis MARIÆ quod à Fonte ſancto nomen habet confuſiſſe, & multis ſuſpiriis lachrymiſque à DEIPARA Virgine efflagitaſſe, impedimentum illud vt auferret, quo in Societatem admitteretur, atque etiam profeſſum ſe domum ſuam non reuerſurum, niſi quod petebat, impetraſſet. Quid multa? impetrauit,

uit; & sublato impedimento, ad Societatem aggregatus est.

V.

VALENTINVS, GERARDVS, natione Gal-
lus, patria Ambronensis, scripsit Gallicè
*Triumphum B. Mariæ Virginis, à calumniis
Caluianorum ministrorum vindicatum.*

VENCISLAVS STVRMIVS, natione Bohemus,
patria Tinenfis, Græcas & Latinas litteras in So-
cietate docuit, & diu multumque concionatus in
missionibus est, quarum incommoda multa alacri
animo tolerabat, paupertatis amator, obedientiæ ap-
primè cultor, proximorum salutis studiosissimus.
Collegiorum Pragensis & Crumlouiensis Rector
fuit, primusque qui Bohemico idiomate contra Pi-
cardos scripsit, videlicet,

Concordiam fidei.

*Apologiam contra Siluium Huberinum, & contra
Concionale Picardicum, & alteram Apologiam defen-
sionis Concionalis.* Migravit ad DOMINVM expleto
ætatis anno LXVI.

VINCENTIVS BRVNVS, natione Italus, patria
Ariminensis, cum Medici officio fungeretur, cu-
randisque ægtotis operam daret, nostram ingressus
est Societatem, ac diuinis litteris eruditus, propter
eximiam probitatem, modestiam, & prudentiam,
Collegio nostro Romano præfectus est, illudque per
multos annos integrè, suauiter, atque prudenter
gubernauit. Romæque anno, ni fallor, salutis M. D.
XCIV. de corporis ergastulo liberatus, ad cælestes
sedes, vti speramus, à DOMINO translatus est, an-